

29. Iesus humani generis

Piae Cantiones 1582

Anonymous

Ie - sus hu - ma - ni ge - ne - ris ex mem - bris
na - tus te - ne - ris vir - gi - ne - is fa - ctus
est sal - va - ti - o, psal - lat fi - de - lis con - ci - o.

2. Ovis gaudet perditam, et sanitati reddita,
Vitae data.
Spreta vi Pythonica, exulta plebs Catholica.
3. Hamum appendit coelicum, qui fructum tulit deicum,
Magnificum,
Vincens inferni principem, pendens ad crucis stipitem.
4. Aspexit nos Sophia exclusos Hierarchia,
Mundi via,
Emisit nobis Filium, laudemus coeli lilium.
5. Nomen Iesu gloriosum, et verbum Dei generosum
In seculum,
Cuius amara passio est mitis consolatio.
6. Nostris da Patrem lumen culpis fore propitium,
Atque pium,
Ne terreat supplicium dele peccantis vitium.
7. Emisti suo sanguine a Stygis nos voragine
Et scelere,
Patris pii hortamine flentem naturam respice.
8. Sancto sit laus paracleto cum Pater simul Filio,
Pro gaudio,
Septem dona Spiritus nobis redde divinitus.